



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Cvr novi reformati res quae apud Catholicos in magna habentur  
veneratione, in primis Cruces, oderint ac detestentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

& introductionem quandam ad amplectendam  
veram Religionem, sive totali omnium immuta-  
tione & innovatione (quæ res est plenissima pe-  
nici) explicando lolum dextræ, & trahendo in  
mysticum & sanctum sensum id, quod illi intel-  
ligebant philosophice & fabulose, ad evertendam  
illorum idolatriam. Quin nullum à Seruatore  
& redemptore mundi, dum inter homines habita-  
uit, editum est miraculum, quod non Idoli alii cius  
nomen deleverit. Et quamvis generatim divinita-  
tem suam asserere miraculis voluerit, speciatim  
tamen eadem adhibuit ad destruendum Imperium  
Diaboli, quod possum erat in cultu, qui in Idolis  
suis ipi deferebatur, & in persona falsorum illorum  
deorum. Ita per nuncum, quod Aagulus attu-  
lit divæ Virginis, Mercurium relegavit ad inferos,  
vnde prodierat: Apoge deorum Legatum, inter-  
nuncium, & eisatem aliopedem. Per miraculum,  
quod fecit volens nasci ex Virgine, ecce turbu-  
lum Parnastum cum omnibus Musis. Ventis &  
temporati imperauit: Abite Boreæ, Aëoli, &  
quidquid eodem autem turbat. Siccis pedibus  
in aquatum superficie ambulauit: Discedite Nep-  
tuni, Thetides, Tritones, & dij Marini. Aquam  
convertit in vinum: Periisti Bacche. Multiplica-  
vit panes eu occultantem sele Cererem. Cæcis vi-  
sum restituit, & mulieres peccatrices convertit:  
Ecce Cupidinem Veneremque extortes Regno  
suo. Soli Eclipsin induxit in morte sua: En Phœ-  
bus & Dianam è catalogo deorum expunctos.  
Descendit ad inferos, visitavit liberavitque Pa-  
tres: Perit nomen Plutonis & Proserpinae. Si non  
licet Christianis, ut vos dicitis, mutuari aliquid  
ab Infidelibus, aut Ethniciis, si non licet mores  
consuetudinesque illorum usurpare, illico viue-  
mus sine Legibus. Pleraque enim leges nostræ ab  
illis profectæ sunt, nec sine illorum ope leges san-  
cire potuimus. Iam etiam virtus sepulta erit: For-  
tissimæ enim & generosissimæ actiones, quas vnu-  
quam potuisse virtus producere, apud Ethnicos  
inveniuntur. Quid multa; Deo ipso carebimus:  
nefas erit vel precari illum, vel adorare, quoniam  
id Gentiles fecerunt. O delicatam conscientiam  
Reformatorum, quæ id, quod per se est bonum,  
iubet repudiare, propterea quod gentes luce E-  
vangelica non illuminatae id reeperint & usurpa-  
vior. Inculcandum est istud denuo vobis, qui  
à recta Ecclesiæ semita aberrasti: Non enim ani-  
madvertitis, minime ab Ethniciis nos ceremonias

nostras desumere, sed Ethnicias eas à nobis de-  
lumpfū, nosque easdem ab illis recipere; iustissi-  
mo titulo repetentes, quod nostrum est, quodque  
destinatum fuerat alijs vībus, quam ipsorum  
impiecat. Si Ethnicus & Turca convincat Athe-  
num, Deum unum esse, & Catholicus iisdem illis  
Argumentis utatur ad idem probandum, num  
propterea minus erit Catholicus, aut minus Or-  
thodoxus? Deus saepemus inimicos suos ca-  
stigat per inimicos suos: hunc imitemur, quan-  
tum humana permittit imbecillitas, pugnemus  
armis horum, iisque oppugnemus arma illorum,  
vetyrosque viribus Ecclesiæ expugnemus.

---

HÆRETICOS MULTAS RES SAN-  
CTAS ac bonas ex suis Ecclesijs profligare, co-  
tantum quod eadem à Catholicis cum  
veneratione usurpentur.

#### CAPUT IV.

#### ARGUMENTUM.

- I. Cur noui reformatores qua apud Catholicos in magna habentur veneratione, in primis Crucis, oderint ac deseftentar.
  - II. Cur altaria iudicem susulerint.
  - III. Nomine Iesu nullum habent honorem.
  - IV. Cur dies festos aboleuerint: & quo habitu vian-  
tar.
  - V. Cur ieunia ab Ecclesia indista obseruare no-  
lunt.
  - VI. Iisdem in Cœna Domini non Calicibus sed por-  
tu & vitri utuntur.
- I. Sed quod tantopere non fastiditis modo dis-  
cipuli Calvinistæ, multas actiones Catholicas  
pias & sanctas, sed & detestamini, eius rei non  
hæc est vera ratio, quia hausta sunt ex Paganis-  
mo. Non enim odio eas prosequimini, ut Ethni-  
cas, sed ideo tantum, quia in uero sunt apud Ca-  
tholicos, & quia noræ sunt veteris Christianismi.  
Quæso enim, cur pedibus proculatis cur con-  
fringitis venerabilem Crucem, salutem mundi, &  
fidelium animarum sanctissimam tutelam? Prop-  
terea, quia Catholicæ eam honorant & venerantur,  
& in Altaribus suis collocant, quod Apostolorum

tempore siebat Tertulliano auctore, sequentes doctrinam D. Augustini, conscientiam veteri Traditioni Ecclesiae, nihil recte fieri secundum ceremonias Religionis, nisi signum Crucis applicetur, sive fronti fidelium, sive aquæ qua regenerantur, sive Christi, quo vnguntur & confirmantur, siue sacrificio quo nutrituntur. Et in confessionibus suis edictum se affirmat à matre sua, Crucis signo seculi munire. Audite orationem Iuliani aduersus Christianos, & per ipsius os vos loqui intelligetis.

*Vos, inquit, ancylia illa à loue cœlitus ad Numam mis-  
sa adorare recusat; interim vero Crucem ligneam ad-  
oratu, eamque in frontibus vestris & adib⁹ passim de-  
pingitis. Appellamur à vobis, Domini Reformato-  
res, idololatriæ Crucis; eodem modo Ethnici  
nos appellabant cultores Crucis. Vos frangitis  
Cruces; idem & illi fecerunt. Et Iudeis pariter nihil magis in votis fuit quam ut omnem Crucis memoriā abolerent. Namque ob causam iure appellaſſe eos videtur Salvator progeniem viperarum. Nam inter omnes serpentes sola Vipera figuram crucis sub maxilla gerit tanquam occultatura eam, quum reliqui serpentes, ut ipse observavi, superiori maxillæ impressam habeant. Ob quam rationem dixi: mea sententia (nemo enim alias id unquam scriptis) *inimicos Crucis appellari à Christo progeniem viperarum, ut qui conentur salutare signum Crucis occultare.* Cur appellatis eam flagellum muscarium? propterea quod prisci Patres eam appellabant diaboli flagellum. Evidem non potuisse occultare duorum iuuenium. Geneua Lauthannam vñā tendentium historiam, proditam ab idoneis auctoriis. *Illi iter facientibus, oritur-  
nitru, & crebris micat ignibus arbor.* Ibi unus eorum precibus ad Deum configiens, signum Crucis fronti imprimis. Cui alter, *Cur quaso inquit, muscas à naso abigu?* *Vix eloquutus erat verbum, quum subito ictus fulmine ambuſta que in terram prosternitur, altero manente incolumi, qui postea eam rem alijs expofuit.* Possem addere similes alias aliquot historias, si propositi mei ratio pataretur.*

II. Cur in horreis vestris Ministerialibus nulla habetis altaria? propterea quod is est nostrorum Ecclesiarum ornatissimus, & ut D. Augustinus & Optatus loquuntur sedes Corporis & sanguinis Jesu Christi. Altare edificavit Noachus, quum ex Arca egredieretur; Altaria hinc inde in Terra Sancta Abrahamus statuit: quos imitati sunt Patriarchæ, Moses, & postea Apostoli. At vos ea destrui-

tis: quod idem Donatistæ fecerunt, quibus Optatus exprobavit, quod destruxerint Altaria, in quibus S. Cyprianus, S. Lucianus, & alij Martyres Deo sacrificaverint & ubi plures (nota, Calvinista Epitheta Sacramenti Altaris) stipendium æternæ salutis, Fidei protectionem, & æterna Resurrectionis spem acceperint. Audi D. Jo. naem Chrysostomum: Altare, inquit, si substantiam spectes, saxum est, sed sanctificatur per hoc, quod sustinet Corpus Jesu CHRISTI.

III. Quare nomen Jesu non veneramini, idque auditis sine ulla honoris significacione? Idololatricum id esse, cum Ochino vestro, & Magicū quidam sapere, cum Calvinus affirmatis. Propterea quod Catholici, Pauli doctrinam sequentes, sanctum hoc nomen venerantur, ad quod inclinatur Cœlum, assurgit Terra, & infernus contremiscit, ad cuius pronuntiationem omne genu flebitur, tum terrestrium, tum infernalium. Sedicet (objecit aliquando mihi Minister quidam) *etiam sunt genua spiritibus.* Cui ego respondens, *Stulte igitur, inquam, loquitur Scriptura. Saltem vobis sunt, & animæ olim suarécipient.* Hoc est illud sanctissimum nomen, quod honorant Angeli, adorant homines, & Diabolii verentur. Hoc Ecclesiae Romanæ vicitribus signis, hoc muris hoc ædibus, deoique hoc monolithicis nostris insculpitur, ut perpetuo oculis nostris obversetur: Prorsus contraria ratione, quam vos facitis, qui ubique illud expugnitis atque aboletis. Nemo Calvinianæ sectæ annulum auderet gestare, cui insculptum esset nomen Jesu. Et si quis id limini ædium suarum inscriberet, illico ululatum exaudires clamantium, Apage ad Papistas. In Concionibus suis quando audiunt pronunciari nomen Jesus, non magis moventur ad honorem exhibendum, quam si Cainum nomines, aut Judam. Et errat tamen, Domini Calvinistæ, hæc sancta & laudabilis priscorum Christianorum consuetudo, ut per hoc discernerentur à Judæis in conventibus, quod illi ad nomen Jesu capita nudarent & genua flebant, hi vero contra, ut auctor est Hieronymus, starent immoti perinde ut & vos facitis, qui tamen isto scrupulo non tangimini, nec tam delicatam conscientiam habetis, quum Principem verum terrum nominati auditis. A Lutheranis non est abrogatus religiosus iste mos. Certe Apostolus illorum Lutherus, libro de Concilijs, cum approbat. Et Schlusselburgius Lutheranus, tanquam insignem impietatem perstringit consuetudinem Calvinistarum qui nullam reverentiam

